¶ **¶** Item pone. vis mihi librum vendere. p. decem et ego si intendo emere: nisi prius inueniam q; emat a me pro. xij. et postq; vendidi alteri. emio a te: et do tibi decem: et teneo duos. An possim: et cui teneo: Respondet Ar. f. q; iustum precium reru non consistit in indiuisibili: licet in quadam latitudine vt dictum est. Ideo si emens librum pro decem. Eum vendit pro duodecim. Iusto tamen precio: vt quotidie contingit. non videtur condemnandus quinimo si alis non erat empturus: nisi primo certificatus de lucrando duo fuisset: dummodo: vt dictum est: iustum precium no excedat de industria videtur laudandus.

¶ **¶** Pone. dedisti mihi librum vel vestem. vt venderem pro decem vendidi pro duodecim. An possim tenere illa duo: vel debea tibi: vel emptori reddere. Respondet Ar. f. supra q; venditi sufficere debz lucrum quod inde psequitur. puta nisi pro libra. vnde de iste medius vendens: cum purum ministerium gerat pami tradentis qui sibi constituit certam mercedem pro labore suo: quicquid superuendit: totum tradere debet primo vendenti: et non ementi: nisi forte plus iusto precio vendidisset. quia tunc restitueret tenetur emptori. et non primo venditori.

¶ **¶** Vtrum venditio reddatur iniusta propter defectum rei vendite: vel etiam propter latentem eius bonitatem? Respondet fm. Tho. scda scda. qone lxxvij. Circa rem que venditur triplex defectus considerari potest. Primus quidem fm. speciem rei vtputa. si venditur auricalcum pro auro: aut vinum mixtum aqua propuro. Secundus defectus est fm. quantitatez ponderis vel mensure: vt si q; vtatur scienter. deficienti pondere vel mensura. Tercius est ex parte qualitatis puta si animal infirmum: vendatur quasi sanum. In his tribus casibus: si quis venditor: scienter offenderit fraudem committit. et illicita est venditio: et ad restitutionem tenetur. Si vo eo ignorante aliquis predictorum defectuum in re vendita fuerit: venditor: quidem non peccauit. tamen cum ad eius noticiam peruenerit: tenetur damnum recompensare emptori. Et ex his patet q; illicitum est vendere aurum vel argentum alchimicum pro vero: quia non est adeo purum sicut verum: nec habet omnino easdem proprietates: sicut proprietatem letificandi aut q; valet contra certas infirmitates huiusmodi. Si autem per alchimiam fieret verum aurum: non esset illicitum vendere pro vero. quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus causis ad producendos naturales et veros effectus. vt dicit August. in libro de trimi. Vide de hoc Panos. in. c. ex traurum. de sor. vbi fm. Oldra. concludit. q; scientia alchimie no e prohibita. et dicit q; in hoc vna species non transmutatur in aliam diuersam: cum omnia metalla procedant ex eodem fonte vno primitio. videlz ex sulphure et argento viuo. Sz vbi

## Emptio

est melior influentia astrorum sibi producitur metallum preciosius unde per influentiam astrorum cum lapidibus et cum herbis quibus insunt multe virtutes potest naturaliter una species metalli conerri in alia magis preciosam.

**¶** Et circa defectum mensure queritur. an excusetur tabernarius dantes mensuras vini diminutas. scilicet versus ad collum dolij. vel alterius mensure cum hoc sit de more tabernariorum. **Rñ.** archi. f. dicit quod non excusantur. quia ementes decipiunt. cum intendant recipere plenam mensuram. et pro voluntate ipsorum diminiunt. Nec consuetudo excusat quod dicenda est corruptela. nisi hoc faciant. ut se servent in damnum. vel cum aliquo lucro et rationabili. ut quia alii non lucrarent si plenas mensuras darent. quia oportet precium augere in quo non inveniunt emptores. vel paucos. Sed certe casus. quid de mulieribus que sunt more patrie dant lanam vel linum ad nendum vel filandum. et putant filatum ad rationem. xij. unciarum. pro libris. quando hoc scit qui laborat illa filando. si non soluit de. xij. unciis nisi pro una libra. Respondit qui super. quod proprie hoc non est fraus. quia non decipitur cum sciat sic debere solui. et sic intelligitur pactum cum a principio sibi datur opus. Scienti enim et consentienti non fit iniuria quibus turpis videatur mos.

**¶** Circa defectum qualitatis queritur. quid si quis vendat equum. et pro paucos dies moritur. an vendens teneatur restituere precium. **Rñ.** Panor. in c. iniustus. de rerum permutatione. post Ly. dicit quod aut moribus notus erat veritas. et non competit aliquod remedium. quia scienti et. Aut uterque ignorabat et competit actio quanti minoris. non autem ad totum damnum. Aut sciebat alter trahi. Et si emptor sibi impetatur. ratione predicta. Si venditor teneatur ad omne interesse. quod inde passus est emptor. non solum ad precium. ut in l. Julianus. ff. de act. emp. nisi interuenisset pactum. ut non teneret.

**¶** Sed quid si emptor fuit minus diligens. **Rñ.** Ly. quod nihilominus teneatur venditor. quod licet emptor fuisse in quadam culpa vel negligentia. tamen venditor fuit in dolo. quod non patefecit vicium. et dolo suspendit culpam. ut in l. Item si obstetrix. ff. ad l. aquil. Jo. an. tamen post alios dicit quod si equus venditus infra triduum moritur. et reperitur habere eorum marcidum. presumendum est illum morbum tempe venditionis habuisse. et hoc presumitur ex paritate temporis. De eo autem qui vendit equum pro morbo solo et umbrato. et alijs defectibus. vide §. Arbitrator.

**¶** Quero de. q. quotidiana. Vendidi tibi fundum expressis omnibus et declarata mensura terre. puta dixi quod erat duorum modiorum. nunc autem reperitur in maiori quantitate. an id quod plus est cedat venditori. vel emptori. **Oldra.** concludit quod quibus loquens videtur terminis denotantibus certum numerum vel mensuram. et agit ad supplementum quando. scilicet exprimit conceptum suum. incipiendum a numero vel mensura. Quandoque videtur terminis denotantibus speciem. seu corpus.

licet adiciat certum numerum vel mensuram. Et tunc illud quod est plus cedit emptori. quia hoc casu. numerus. vel mensura videtur adiectus loco demonstrationis que licet sit falsa. non viciat nec minuit id cui adijciatur. ut in l. falsa demonstratio. ff. de p. d. et dem. Exemplum secundum. Vendo tibi tale fundum. sic definitur. qui est trium modiorum. Exemplum primum. ut vendis tibi terram quatuor modiorum in talibus confinibus. hec Panor. in c. per tuas. de dona. vel dic clarus quod aut precium taxatur per modum. et tunc emptor non plus potest habere. Secus si precium non taxatur per modum. quod tunc totum habebit.

**¶** Vtrum venditor teneatur dicere vicium rei vendite. **Rñ.** fm l. bo. vbi §. venditor. qui rem viciosam exponit vendendam. ex hoc ipso dat emptori damnum vel periculum occasionem. Damnum quidem. si propter huiusmodi vicium res sit minoris pretij. et ipse de precio nihil minuit. Periculum autem. si propter huiusmodi vicium. usus rei reddatur impeditus. vel noxius. puta si quis alicui vendat equum claudicantem pro veloci. vel donum ramosum pro firma. vel cibum corruptum aut venenosum. pro bono. unde si huiusmodi vicia sint occulta. et venditor non detegat est dolosa et illicita venditio. et venditor teneatur ad damnum reparationem. Si vero vicium sit manifestum. puta cum equus sit monoculus. vel usus rei et si non competat vni. potest competere alij. et venditor propter huiusmodi vicium subtrahat de precio quantum oportet. non tenetur ad manifestandum vicium rei. quia forte propter huiusmodi vicium emptor vellet plus subtrahi. et esset subtrahendum. unde venditor potest licite vicium rei subtrahere. Idem dicendum est. si quis habeat librum venalem. sed corruptum. non tenetur dicere eius vicium. dummodo subtrahat de precio propter huiusmodi vicium. ut dictum est.

**¶** Quid si aliquis portans merces ad locum. unde scit multos sequi se cum similibus quod si diceret. non posset suam adeo care vendere. **Rñ.** fm l. bo. mam vbi §. Venditor. qui vendit rem sine precium quod invenit. non videtur contra iustitiam facere. nisi quod futurum est non dicit. Si tamen diceret. vel de precio subtraheret. abundantioris esset virtutis. quibus ad hoc non videatur teneri ex debito iusticie.

**¶** Donec quis intendens nocere alij. scribit literam dirigendam alicui suo amico. admonens ut emat multum de aliquo mercimonio. ut aromantibus. lana et huiusmodi. quia erunt cara in futurum. quod nonuit esse falsum. et permittit sibi cadere literam in aliquo certo loco. vbi frequenter aliquis. quez odio habet conuersatur. ut eaz inveniam legat. et talia emat. et multum inde perdat. et totum hoc sequitur. Respondit Archi. florenti. quod talis mortaliter peccat intendens proximo suo nocere. non tamen tenetur satisfacere de damno. quia non dedit occasionem damni efficaciter. extra de iniuri. si culpa. non enim ita leuiter debuit credere. Et sibi imputet leuitatem suam. licet aliqui alij teneant quod talis

teneatur restituere. vt recitat sanctus Bernardi. in tractatu restitutionum.

**S**ed verte casum de quodam casu qui accidit venetijs. Cum quidaz magnus mercator literas accepisset a partibus orientis: vt emeret aromata multa: quia futurum erat vt precium eorum multum cresceret: quia inde transmitti non poterant ab illis partibus. Ille plectam literam dilacerauit et in terram frustra proiecit: nihil alicui dicens intendens illud facere: de quo cautus reddebatur. Sed alius tennis mercator litere illius frustra collegit: et in simul suis partibus coaptauit: et legit. Quo facto: cum hoc a nullo sciretur: accessit ad omnes apothecas: que habebant huiusmodi venalia. et certo precio emit. Cuius mercator magnus iret ad emendum: inuenit omnia vendita. Interrogat de persona emptoris: miratur nesciens factum: sed de numo percepit. Sicque licrum magnus quod ille sperabat et huiusmodi emptio: et alius sua industria sibi parauit sine iniuria eius: nec sibi in aliq tenebatur. An autem in dicto casu ille recolligens frustra literarum: et postea leges peccauerit moraliter? Respondet quod si talis legat vt sciat secreta eius: curiositas est. Si vt sibi prouideat: prouidentia humana est: nec peccatum. Quilibet enim licitum est sibi accipere rem que habetur pro derelicta: cuiusmodi est talis litera.

**Q**uid de mercatoribus qui inter se conueniunt: vt certo precio vendant: vel quod vnus solus tales merces vendat. Rñ. fm Hosti. pactum illicitum est. Et similiter si quis in ciuitate impetret vt sibi soli vendere liceat. quod si huiusmodi officium exerceat: debet fm leges suis bonis expoliari: et exilio perpetuo damnari. Si vero pcedentes puniri. i. officiales qui predicta pcedunt vel non puniunt. L. de mono. l. vna. vbi Azo per illam. l. concludit prohibitum esse: ne quis exerceat monopolium. i. singularem negociationem quod accidit: cum aliqui inter se paciscunt ne aliquem instruant in arte sua: nisi filios et nepotes: vel cum aliquo modo per pactum id facere nituntur: nisi soli commodum alicuius artis vel negociationis faciant. Dicitur monopolium a monos quod est vnum: et pola quod est venditio: vel a monos quod est vnus: et polis quod est ciuitas. Inde monopolium id est vnica negociatio in ciuitate. et per hoc vetita. Ideo monopolus dicitur qui solus vult esse in ciuitate venditor: vel emptor. Prohibetur etiam illud pactum: quod inter se faciunt vendentes vel negociatores: nisi certo precio vendant. Idem in balneatoribus: si conueniant ne aliter balneent: quod cum ea mercede: qua statuit. Idem in locatoribus rerum vel operarum suarum: maxime in scriptoribus si paciscuntur: ne opus ab altero inchoatum: alius consumet. Debent igitur esse cuiuslibet libera facultas in emendo: et vendendo: vel locando et conducendo: et circa precium et circa mercedem. Sed nec ordini ciuitatis grandia preuia licet statuere vel tarare. ff. ad l. Julia. de anno. l. vltimo. hec Azo. Item postquam exposuit quis frumentum vel aliam rem venalem in foro: potest compelli vt amplius illam rem ad domum portare non

possit: quousque illam vendat. l. nemo. la secunda. l. de iudeis. Item pro fertilitate in communi habenda et caristia vitanda. potest statui quod quilibet mercator: teneatur ire vel mittere ad alienas partes ad emendum granum in communi vendendum. et quilibet potest compelli ad hoc mutare pecuniam. l. vnica. l. vt ne. li. in compera. spe. se. ex. libro. x. et ibi glo. Item potest statui ne quis vltra indigentiam suam emat: ne alij res cariores vel incommoditatem habendi reddat. l. j. l. de epi. audi.

**Q**uid de his qui quouis modo faciunt vt anna carias vendatur. puta: impediendo: vel impediri faciendo: vel detinendo naues: vt nautas annonam conducentes. Dic quod tenentur ad restitutionem. vt ponant eam in bono foro: ac si ille naues venissent. et grauiter puniuntur. scilicet pena. xx. aureorum. l. ij. ff. ad l. Jul. de anno. et etiam corporaliter. l. annonaz. ff. de extraor. cri. Idem in illo qui facit munitionem bladorum: vt emendo omnem quantitatem bladorum que inueniri possit. et conseruando: vt temporibus minus fructuosis cari vendi possit. dicta. l. annonaz. Rusticus autem blada ad ciuitatem conducentibus bene licet emere in grosso: ad hunc finem: ne ipsi diu stant ad vendendum ad minutum: subducat ab operibus rusticibus. l. ij. ff. de mundi. Et non solum est prohibita congregatio granum: vt postea carius vendatur: sed etiam de quibuscunq speciebus: vel materialibus pertinentibus ad victum: vel ad quemcumque vsum: per ipsos solum vendendis in caristiam reipublice. vt dicta. l. vnica. Qui ergo dat arias in emptionem omnium aromatum ciuitatis: vt ipse postea carius vendat: cum preciauerit naues conducentes fore summerfas dicitur facere monopolium. et incidit in dictam penam: dicitur. l. vnice. Et tales tempore necessitatis et caristie possunt cogi: vt etiam minus iusto precio vendant. l. ij. §. cum in eadem. ff. ad l. ro. de iac.

**Q**uid de illis qui nec vendere: nec emere non uerunt: nisi cum mendacijs periurijs et iuramentis. Rñ. fm Ray. quotiens causa decipiens per iuramentum: vel mentium scienter: peccant mortaliter: et tenentur ad restitutionem. l. in quantum de ceperunt proximum. Et dicit glof. Ray. non distinguitur utrum deceperit in modico: vel in magno. hoc tamen intellige quo ad periuria et iuramenta: quia falsam scienter iurauit. Quo vero ad mendacia sine iuramento distinguitur. quia si in modico lesit proximum quem in multo non lesisset: mortale non debet iudicari. Si autem in multo proximum damificauit: vel in modico cum praua intentione perit: quia etiam in multo lesisset si potuisset: tunc in utroque casu mortale est. Si autem quis ignoranter dicit falsum: credens dicere verum: vel etiam si dicit scienter non intendens nocere proximo: sed se indidem conseruare: nec propter hoc rem amplius debito superuendit: tale mendacium potest dici veniale. Et de huiusmodi iuramentis vide infra iurare.

**Q**uodrum liber homo vel prius filius possit: vti

## Emunitas. 1.

di: Rñ. nō nisi solum: q̄ pater potest vendere filiū necessitate famis urgente. l. j. et. ij. l. de par. qui si. di. Ita tamē q̄ si reituaat emptori precium: sine a filio: siue ab alio quocunq̄: et quandocunq̄ ipse in ingenuitatem pueniat. In nullo autē alio casu licet patri filium vendere. Matri vō etiā urgente necessitate famis. nō licet vendere filium: nec etiā maritus eo casu potest vendere uxorem: q̄ vxor non est ita in potestate viri: sicut filius in potestate patris. Item liber homo efficitur seruus si patiatur se vendi ad precium participandum. in sti. de iur. perso. §. serui. Addit etiā archi. f. q̄ christiani non possunt redigi in seruitutem ratōe bellic: vel etiam capti non possunt licite emi in seruos vel empti vendi: et ab alijs emi. Sed bene infideles rediguntur in seruitutem. et emi possunt et vendi: capti in bello iusto q̄ si postea efficiant xpiani. nō tamen liberantur ex hoc a seruitute quous sit piuz hoc facere.

¶ **Utrum vasa sacra possunt vendi?** Rñ. ppter necessitatem possunt vendi in eadem forma alteri ecclesie. l. fancimus. la. p̄ma. l. de sa. lan. ec. Sz p̄fracta possunt vendi cuiunq̄. de ple. di. j. ligna. l. q. ij. hoc ius.

### Emunitas ecclesie. j.

Quā emunitatē habet ecclesia consecrata? Respon. fm Ray. habet primo. vt nullus inde per vim extrahatur nisi i casibus q̄s habes infra. c. proximo. Itē ea que in ecclesia posita sunt: nec per vim nec per furtum sunt auferēda. Aliter sacrilegium committitur. xvij. questōe. iij. quisquis. Item q̄ nullus mortuus in ecclesia sepeliatur. nisi episcopi: abbates: aut digni presbyteri. Aut etiā fideles laici. xij. q. ij. nullus. Quod intelligunt quidam de laicis qui miracula faciunt vel de fidelibus in dignitate p̄stituto: sicut comite thege fm Hosti. qui dicit. q̄ sic de facto seruatur. licet glo. ibi intelligat generaliter de omni fidei laico. i. de omni christiano. Sed p̄mū videt p̄sonum textu. Si enī voluisset intelligere de omni xpiano: nō erat necessarium exprimere ep̄os: abbates: et alios. Item q̄ in seculare habitaculum decetero nō p̄uertatur: de conse. di. j. ligna. et extra de re. do. ad hec. Item nec vasa ecclesiastica. nec cortine. nec cetera ornamenta debent pollui conuiujs nuptiarum vel alijs secularibus vsibus. Dicit tamen gl. Ray. q̄ si legatus apostolice sedis: vel episcopus: vel archiep̄s recipere ab ep̄o: vel monasterio bene possit dari domus ecclesiastica in qua recipere cotinus et ornamentis ecclesie. Item nō possunt vendi propter aliquam necessitatem. vt in autenti. de alie. et emphi. §. et quoniam. col. ix. Item q̄ in eas placita secularia non sunt faciēda. et omnis sententia: et processus omnis iudicis secularis ip̄o facto corruit. de iur. ec. decet. li. vj.

¶ **An autem in domo ecclesie sine late teneant.** Respon. Panomita. in. c. p̄mo. extra eo. dicit q̄ licet iudex non debeat facere. si tamen facit credo valere processum. quia cuz dicta constitutio sit penalis non debet extendi. Et intelligo q̄ in domo

ecclesie non debet iudex secularis ius reddere: quando propria auctoritate: quasi ex iure publico eligi ibi mansionem. Secus autem puto vbi habere illam domum conductam ab ecclesia vel gratia concessam.

¶ **Quid de p̄tractibus initis in ecclesia. nunquid valebunt?** Rñ. glo. in dicto. c. decet. q̄ non debet fieri. et qui faciunt peccant. tamen p̄tractus tenet. nam cum dñi. p̄cessus et sententias iudicum iritet et penalis sit p̄stitutio: penam non extendā. Item non frant ibi plantenta. et gl. ibi dicit. q̄ hoc est cōtra vniuersitates italie: que frequenter faciunt in ecclesijs talia plamentia. Itē p̄hibet ne in ecclesia et cimiterijs fiant seditiones: conclamationes: impetus vniuersitatum. et quarumlibet societatum contentiones: negotiationes. et precipue nundinarum aut forma cuiuscunq̄ tumultus: ac strepitus iudiciorum secularium. Et glo. in verbo seculariū dicit ecclesiastica ergo iudicia ibi tractari possunt.

¶ **Quid autem de vendentibus candelas in ecclesia?** Archi. f. dicit. q̄ clerici vel religiosi qui hoc faciunt principaliter ad satisfaciendum deuotioni: si delum excusari possunt. Si autē ad cupiditatem et lucrum principaliter non vident posse excusari: licet lucro eis prohibito talis negociatōnis. Et p̄cipua in tali loco. Sicut nec sacerdotes veteris testamenti: in his que vendebant in templo. Et in casu p̄dicto q̄m silendum sit q̄ lucrum factum in huiusmodi pauperibus erogetur: non tamen boevi detur esse de necessitate. Et ratio est: quia dano et receptio pecunie in huiusmodi: de se nō ē prohibita. Sed actus negociandi. non simpliciter: s̄ in tali loco: tempore: personam vel sine. licet aliqui p̄trā dicant. Non tamen inuenio aliquod ius: vel doc. soleniter hoc expresse dicentē. l. q̄ de necessitate sit pauperibus dandū.

¶ **Utrum ecclesia non consecrata habeat predictas emunitates?** Respon. Panomita. in. c. ecclesie. eo. tit. dicit q̄ sic. de quo vide supra. Absolutio primo. Idem dic de ecclesia interdicta: vt gaudeat p̄uilegio eodem. Idem de cimiterio. Item laici in choro essent non debent. in Panoz. in. c. j. de vi. et ho. de. dicit q̄ hoc nō est p̄uilegiū clericorum: s̄ vt p̄sallentes nō impediānt.

¶ **An autē p̄uata oratoria gaudeant eadē emunitate.** vide s̄. Absolutio p̄mo.

¶ **Quid si possessio aliqua siue domus: tenebatur albergum facere alicui: et ipsa postea peruenit ad ecclesiam?** Respon. fm Hostien. ecclesia tenebit aut rei seruitum exhibere aut ipsam possessiones vendere.

¶ **Que emunitas personarum ecclesie. et quam emunitatem habeat ecclesia circa res temporales. et quā emunitatē habeant p̄dia ecclesie.** vide bitur in locis suis.

¶ **Que pena violentium emunitatem ecclesie?** Respon. fm Hof. Qui aliquo modo ecclesias violant: seu p̄sonas: seu ab ipsis rapiunt: violententer: seu vsurpant bona ipsarum: sacrilegium committunt. et excommunicandi sunt. in certis vō casibus sunt ip̄

lo iure: vt incendiarius et effractor: ecclesie. vt dicitur est s. Absolutio primo. Violator: vo ecclesiastice libertatis excoicatus est ipso iure.

¶ Quando aut dicitur fieri ptra libertatem ecclesie. Die quotiens tollitur: vel minuitur libertas ecclesie: etiam particularis. quando v3 libertas talis non est minus ecclesie particularis: sed est etiaz generalis aliarum. vt in. c. j. e. ti. li. vj. Et hoc ex pz qz qui turbat iurisdictez vnius ordinarij ecclesiastici turbat libertatem ecclesie et dicitur facere iniurias ecclesie vniuersali. Et ex his decidit alia questio: qz fuit de facto de quodaz statuto quo canebatur qz nullus presumeret allegare qz prepositus ptraen. ecclesie non haberet iurisdictionem quasi episcopalē in loco. Dicitur qz est ptra libertatem ecclesie. nam per tale statutum violater libertas episcopi dioel. qui in spiritali iurisdictione fundat intentionem de iure communi in tota dioecesi. xxv. di. perfectis. Et etiam violatio libertatis ecclesiastice: si laici disponunt auctorizabiliter in aliquo de rebus ecclesie. vt in. c. bene. xvj. di. z. c. ecclesia sancte Marie. de pti. Et sic pfuluit Lap. de casti.

¶ Sed quid si ecclesie particulari: vel alicui speciali ordini competit aliquod particulare priuilegium. et istud violatur: Done exemplum dei priuilegio cisterciensis. de quo de rescrip. cum ordinem vnde si aliqs delegatus apostolicus vrget cistercienses ad respondendum coram se per rescriptum non faciens de eoz ordine mentionem. An faciat ptra libertatem ecclesie: Rñ. qz non. Mas hoc casu oportet qz citatus allegat priuilegium suum. forte enim negabit esse cisterciensem. Et est verū sic intellectum: quod tenet docere de his que sunt facta Et hoc nisi sit notoriū. de hoc tamen vide. j. Exrptus. Et ex pdictis pclude qz sit ptra libertatem ecclesie quando cumqz violatur priuilegium pcessu3 super generali libertate ecclesie. Et hoc siue violetur quo ad omnes ecclesias siue clericos: siue quo ad vnam ecclesiam vel clericum: quia omnes ecclesie sunt vna. xxiij. q. j. loquitur. Secus de libertate particularis ecclesie. id est non competenti generali ecclesie.

**E**munitas. ij. scz cōfugiētius ad ecclesiam.

¶ Nullus ad ecclesiam pfugiens inde per vim extrahi debet: preterqz in quibusdam casibus. Primo si ille qui pfugit ad ecclesiam sit publicus latro. Publicus latro fm panor. in. c. inter alia. extra eo. dicitur qui palam et publice furatur vt sunt isti pirrate: vel qui publice stant in stratis vel qui stant in arce: vel castris. z derobant transferrantes. Secōdo si sit nocturnus populator agrorum: qui di ille: qui obsidet stratam publicam derobando transeuntes. Et differt a publico: qz iste clandestine furat: et in nocte segetes destruit du3 i eis se abscondit z iacet z latet: vt quia pter homicidia z rapinas que facit in stratis comburit et destruit agros illos qui ei non seruiūt. Isti aut duo casus pcpue excipiunt fm Jo. an. qz de alijs psumitur qz non insidiosos hoc fecerint. hoc est qz non ex pro-

posito prius deliberato: sicut in istis presumit. Et licet leges plures psonas excipiant: per ius canonicum in hac parte legibus derogatum est. vt in dicto. c. inter alia.

¶ Quid si quis in ecclesia pmissit maleficiū. spans se ab ecclesia defendi. qd semp psumit nisi ptraen pbe. An debeat p ecclesia defendi: Rñ. Panor. in. c. imunitate. extra eo. dicit qz nō. Et dicit qz ille rex. loquit de delicto in ecclesia pmissio. dictū vero. c. inter alia. loquit gnaliter de delicto extra ecclesiaz cōmisso.

¶ Quid aut si delinquens in ecclesia: ibi non delinquit eo animo vt defendere ab ecclesia. nunqd excludet ab hac emunitate: Rñ. No. dicit qz psumptio iuris z de iure videt ptra delinquentem in ecclesia. tñ pcludit qz si posset pstrare qz nō ex proposito pti inimicitias: s3 verb nouiter orz homicidiū ibi pmlerit: qz tūc hēbit hanc emunitatē. Et psumit ille animus: ex qz nō hābat cum offenso iniuicitias Et cū hoc dicto transeunt cōiter doc.

¶ Quid si nō homicidiū vel membror mutilatōnem: s3 alia delicta in ecclesia pmlit. Nunqd hēbit hanc emunitatē: Rñ. panor. in. d. c. imunitatem. dicit qz in omibz delictis grauibz locuz h3. d. c. imunitates. puta qz nō gaudebit emunitate: tñm ppter identitatē rationis tū ppter rōnes que ponūtur: qz sunt gnales ad oia delicta: saltē enomia.

¶ Quid si stans extra cimiteriū trahit eū qui stat intus p ptem mantelliz qz manet exterius. An dicat offendere ecclesie immunitatē: Rñ. Vm. in. c. si. e. t. tenet qz sic. Mas z qz trahet clericū sic incidet in canonē. Secōdo fm Hof. si volentē de loco immunitatis trahat eū ad mortē: vt alia penā corpore pdenat. Rñ qz canon solā violentiā pdenat. S3 volenti nō fit iniuria zc. Idem panor.

¶ Quid si extis in loco imunitatis pcutiat enomiter extem extra illū locū. An hēat locū. d. c. si. R. panor. in. d. c. si. dicit se credere qz sic: qz delictū tūc pncipiātū in ecclesia. lz alibi psummatū.

¶ Pone. aliqs cepit aliqū p psonam in platea et portauit eū extra plateā. z ibi pculsit eū. An puniatur tanqz pcutiens in platea. R. Bar. in. l. qd ait. ff. de adul. pcludit qz nō. et ibi dicit qz qnqz inspicit finitū quo ad locū. z qz ad tempus. z qz qnqz inspicit finis. nam qnqz in finis sunt illiata: tūc inspicimus finem. z hoc fauore rei. ne de vtroqz puniat. Sed qnqz pncipiū est licitum: z habet causam licitam: tunc illud pncipiū inspicimus. pro hoc facit optime. l. qui cū maior. ff. de bo. li. Et p hoc soluit pdicta questio. z hec sequens. Pone aliqs insultauit aliquem in platea. z fugauit eū v3 extra plateam. z ibi eum pculsit. Non videtur eum pcutere in platea. Sed pone alium casum. Statuto cauet qz quis possit offendere alium ingredientem in possessionem suam: in ipsa possessione sine pena. Adodo aggredior vnum ingredientem in possessionem meam. z eum fugientem plequor extra possessionem meam. z ibi eū pcutio. Lerte licite pcutio: sen occido. Idem ratio est: qz in finis fuit licitum. tene menti pdicta. hec Bar. in. d. c. i. qd ait. vbi etiam ex illa. l. infert. qz in maleficijs dicit



## Emunitas. ij.

inordinanti fieri: quod sit vno impetu licet duret per horas illa rita.

**¶** Quid de eo qui existens in ecclesia mandauit delictum alibi committi. vel contra existens extra ecclesiam mandauit delictum in ecclesia committi. An gaudeat immunitate secuto delicto ad ecclesiam confugiens. hec questio dependet ab illa. vbi dicatur delinquere mandator. an in loco vbi mandauit. an vbi delictum fuit consummatum. *Lex. in cle. pastoralis. de re iudi. in c. glo. videtur innuere. qd videt delictum committere vbi fuit secutum.*

**¶** An autem confugiens ad ecclesiam exceptis predictis casibus consequatur prolixius remissionem delicti. *R. n. Panor. in dicto. c. inter alia. dicit qd no. Sed consequitur principaliter duo. Primo vt in de non possit trahi violenter. Secundo vt no possit amplius de illo delicto damnari ad mortem: vel ad aliam penam corporis afflictiuam. Potest ergo damnari pecunialiter: vel aliter qd in personaz. Ad hoc. c. constitutum. xvij. q. iij. vbi dicitur qd fugientes ad ecclesiam sunt ab omni tormento in genere securi. Contra eos tamen etiam dum sunt in ecclesia: potest agi non solum ciuilitate: sed etiam criminaliter sicut in Panormitanum ibi. dummodo non sequatur pena corporis afflictiuam. poterit ergo puniri ad omnem penam preter corporalem. et si non potest satisficere: seruiet ei imperpetuum que lesit. Sed qualiter mandabitur executioni illa pena et quomodo procedetur contra istum ex quo est in ecclesia. Dic qd poterit exire ecclesiam: nam ex solo confugere ad ecclesiam consequitur emunitatem vt in dicto. c. constitutum. et vbi timeretur de violentia: debent prelati recipere cautionem idoneam: vel iuratoriam: de vita eiusq; membris saluandis. Si vno nullo modo vult exire de ecclesia forte timens tyrannidem iudicis secularis: dic qd nullo modo debet extrahi per iudicem vel alium. per tex. qui innuit: qd nullo modo extrahi debet. tamen si ipse non vult comparere: potest constituere procuratorem.*

**¶** An autem hec immunitas sit concessa clericis et religiosis: vt non possint per iudicem proprium in ecclesia arceri: seu violenter extrahi. Respondit Panor. in dicto. c. inter alia. dicit qd salua meliori deliberatione: hec immunitas non habet locum in eis: si iudex ecclesiasticus causa discipline vult eos in ecclesia arceri: vel extrahere vt duci faciat ad carcerem. hoc probatur apertissima ratione: presertim in religiosis: qui raro aut nunquam exeunt claustrum monasterij. nam sicut regulam eorum et iura communia: possunt per eorum superiores in monasterio arceri: verberari et incarcerari. Et si opus est de monasterio expelli: et in alijs monasterijs articulis intrudi. vt in. c. vniuersitatis. de sentent. excom.

**¶** Quid si quis commisit maleficium in vna ecclesia nunquid defendetur confugiens ad aliam. Respondit sicut dicitur qd non. quia cum vna sit ecclesia in toto orbis: licet multe sint particulares ecclesie qui in iuriam faciunt vni: faciunt et omnibus. licet forte de consuetudine apud aliquos aliter obseruetur: forte pu-

tantes qd sicut minor vti privilegio suo pro alius minor. Ita vna ecclesia pro alia.

**¶** An autem confugiens ad ecclesiam pro debito gaudeat hac immunitate. *R. n. Panor. vbi s. dicit qd sic per text. ibi. vbi prohibet generaliter extrahi de ecclesia inuitus. Et circa hanc materiam. cum querit an ecclesia sit immunitate confugientibus ad eam. Panor. vbi s. post. l. in. l. p. n. l. de his qui ad ec. pfug. distinguit. qd aut ille qui pfugit ad ecclesiam non est catholicus: et sic non inuatur pro ecclesia. vt. l. j. l. de his qui ad ecc. pfu. Aut est catholicus. Et tunc aut deliquit in ecclesia. aut extra. Si in ecclesia: tunc non inuatur nisi vt s. dicitur est. Aut deliquit extra ecclesiam: et tunc an liber vel seruus. Si seruus. aut fugit propter magnam atrocitatem domini: qui ad mortem eius satagit: et tunc habet locum in i. de his qui sunt sui vel alii. iur. hoc est qd pinguius incurritur seruo qd dicit in dicto. c. inter alia. Nam non reddet domino licet dicitur in. d. c. inter. Sed ex quo eius sententia est intolerabilis: est cogendus seruum vendere. Expedit enim reipublice ne quis re sua male vtratur. Aut fugit propter dominum modicam sententiam. Et tunc habet locum qd dicit in. d. c. inter. s. qd prestata a domino cautione de impunitate: si non velit exire: inuitus extrahitur. Aut fugit sine aliqua domini sententia. Et tunc. aut sine delicto. Et idem dicendum vt supra dictum est nunc. Aut propter delictum. Et si modicum deliquit pro dominum: vt quia forte surripuit vnam mensuram vini: vel quid simile. Et tunc habet locum qd dicitur est. Aut fugit seruus propter delictum non facile. Et tunc aut timeri puniri a domino suo aut ab alio. Si timeret a domino puniri fiet sibi restitutio prestata cautione de impunitate. de qua in dicto. c. inter. Si vero timeret puniri ab alio. puta a iudice. Et tunc idem dicendum est in eo quod in libero. Aut queritur de libero homine. et tunc aut fugit propter debitum. aut propter delictum. Si propter debitum. aut fugit propter debitum tributorum. aut propter aliud debitum. Si propter tributum scilicet debitum principis. vt vt refert Lynus videtur in hoc dicere qd debitores tributorum non extrahuntur de ecclesia: sed ibi citantur. et si defendunt se bene quidem. Alioquin procedetur ad missionem in possessionem bonorum. Et ita intelligitur autentica. de manda. principi. s. publicorum. col. tercia. quod Panormita. placet: quia non potuit imperator pro ius suum nonissimum preiudicare immunitati ecclesie per canones concessa. Aut fugit propter aliud debitum. Et tunc sicut omnes non debet extrahi inuitus. Si autem liber homo fugit propter delictum. Dic vt dictum est s.*

**¶** Quid autem si de facto fugiens ad ecclesiam fuerit inde per violentiam extractus: indebitur. Respondit Panormita. vbi supra sicut Bartolum in dicta. l. presenti. putat qd de iure petere possit vt restituatur pristina libertati: cum ea sit de facto priuatus. hoc apertissime probatur in. c. miro. xvij. q. iij. vbi dicitur. qd ecclesia debet excommunicationem compellere extrahentem ad restitutionem: ac etiam interdiceret: ne a tota domo sua recipiantur

*It. qd purpura rostrine l. vestit vna no sup arduosa nuptis laicoz. qd 49. in fine ff. de p. ad laud. d. 7. ff. de c. qd qd aliud debet abbi d. 7. aliud qd. ff. de iur. no debet. ff. de iur. v. ff. de iur.*

Vbi dicitur qd qd ruzum fuerit tunc lise manustat itz et vltio supliuo e kuzioy Bdz iud rando d3  
 extraxit. ut d. r. mizer. mto r. si quis rorum. 7 r. quisio. 7 qd ibi no. xvij. q. iij. Et sic  
 patet qd pnt moztaliu habeb  
 qd x. angelo.

**Episcopus Fo. LXXVIII.**

oblaciones. et hoc procedit etiam in extrahente ser-  
 uum. nec enim datur dominus restitutions. licet nunc  
 velit prestare iuramentum de impunitate. debet enim  
 iniurie ecclesie satisfieri. nam iuramentum dicitur p[ro]stari  
 an[te] extractio[n]e[m] et no[n] postea.

Quis autem providebit ei de expensis. R. Pa-  
 nor. vbi s. post Archi. et Dg. distinguit q[uod] aut ille  
 habet p[ro]p[ri]u[m] et tunc faciet sibi expensas. Aut nihil  
 habet. et debet laborare et victu[m] manibus querere  
 Aut neutrum potest. et tunc ecclesia providebit ei  
 tanq[uam] pauperi. Et talis no[n] solus si est extrahendus  
 sed nec molestandus; nec vestitus; nec victualia de-  
 negari. d. l. present. **H**anc autem libertatem habet  
 p[ro]fugiens ad ecclesiam. et non t[ame]n intra ecclesiam. sed  
 etiam extra. rrr. passus. xvij. q. iij. quisquis. et. c.  
 diffiniuit. Et si est ecclesia maior etiam infra. xl. passus  
 xvij. q. iij. sicut antiquitus. vt ad requisita natu[r]e;  
 debens creat potest. Ita tamen q[uod] no[n] accedat ad ali-  
 as domos. s. extraneas. vt in. d. c. diffiniuit. **H**oc  
 vo privilegium. rrr. passus; no[n] habent capelle que  
 sunt infra ambitu[m] muroy in castris. vt in dicto. c.  
 quisquis. Et hoc p[ro]pter paruitate[m] loci. Passus au-  
 tem fm Jsidoy. vt dicit glo. in. d. c. sicut. est mensu-  
 ra. v. pedu[m]. pes autem est mensura. xxv. digitoy.

An defendatur p[ro]fugiens ad pallatium episco-  
 pi. Inno. refert quosdam tenere q[uod] sic per. d. c. con-  
 stituimus. et glo. ibi idem tenet; etiam si dom[us] epi-  
 scopi sit extra illos passus. quod placet panor. naz  
 videmus in simili q[uod] familia episcopi gaudet p[ri]uile-  
 gio fori.

Quid si quis p[ro]fugiendo ad ecclesiam obuiauit  
 sacerdoti portanti corpus christi et ei adherat. nu[m]  
 quid defendatur? R. spon. fm Hosti. sicut quis  
 non sit iure expressum; tamen quilibet catholicus  
 hoc fouere debet. Si enim statua p[ro]fecti saluat; mul-  
 to mag[is] corpus xpi. Non sic tamen saluat; damna-  
 tus ad mortem recipiens corpus xpi. quia nihil o-  
 minus occiditur. licet Hosti. putet rationabiliter  
 illa die iniusticiam differenda[m]. Ratio autem fm Ho-  
 est quia fugiens ad ecclesiam; ad eam liber venit;  
 et ideo ratio[n]abile est q[uod] ecclesia eum in illa liberta-  
 te defendat; in qua ipsum inuenit. Corpus autem  
 xpi datur ducto in carcerem. Ideo libertate[m] quaz  
 in eo non inuenit; no[n] defendit; sed cum in captiui-  
 tate relinquit.

Quid si exco[m]municatus vel hereticus ad ecclesiam co-  
 fugerit; nunquid defendatur. Quidam credunt  
 q[uod] non. cum sit extra ecclesiam numero et merito.  
 Item quia fm Dg. omnes exco[m]municati dicuntur  
 no[n] catholici. i. heretici; et omnes non exco[m]municati  
 catholici. r. q. j. c. nos. Et hoc nota p[ro] intellectu  
 quando quis dicat catholicus; vt multotiens di-  
 citur in p[ri]uilegijs ordinis. q[uod] fratres possint reci-  
 pere ordines a quocunq[ue] episcopo catholico.

An imminente persecutio[n]e hostili; homines cu[m]  
 familijs et rebus possint se in ecclesijs recipere. R.  
 ecclesie cum omnibus ornamentis debent teneri  
 munde; nec debent ibi fieri conuiuia vel homines  
 iacere; aut suppellectilia sua mittere nisi p[ro]pter ho-  
 stiles incurfus aut incendia repentina. aut alias ne-  
 cessitates vrgentes. Sic tamen q[uod] necessitate cessat

te inde res in loca sua p[ro]stina reponantur. et de eu-  
 ch. relinqui. di. xlii. c. pe. et vltimo.

An in ecclesia possint fieri pugnaula et inde pu-  
 gnari p[ro] hostes. R. fm Ray. non debet eccle-  
 sia in castellari vel muniri. Ita q[uod] inde fiat guerra.  
 vel recipiantur qui guerram faciunt. et p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
 dones. **A**lter p[ro]pter metu[m] paganoru[m]; hereticoru[m]  
 pirataru[m]. seu predonum potest muniri et pos-  
 sunt ibi habere recursu[m] non solum clericis; sed etiam  
 laici et defendere ecclesiam; que in ea sunt. ar. dicit  
 capli relinqui. xlii. q. vi. si res. et. c. bi qui. Ita tamen  
 q[uod] cessante necessitate in castellatio cesset. Dicit ta-  
 men Hosti. q[uod] ista in castellatio debet fieri auctori-  
 tate episcopi.

An autem liceat erigere noua castra. R. fm In-  
 no. in. c. p[ro]p[ri]am. de resti. spo. q[uod] sicut non licet no-  
 ua castra facere cum alterius iniuria et emulatio[n]e  
 ff. de ope. pub. l. opus. Ita nec in castella vetera  
 vel inhabitata. Sed panor. ibi credit dictum In-  
 no. esse intelligendum in possessore iniusto seu ty-  
 ranno. Si autem possessor est iustus. tunc distin-  
 guendum; quia aut vult reficere antiqua edificia  
 vel inhabitare de nouo castra inhabitata; ad iniu-  
 riam vel emulatio[n]em alterius. Et p[ro]cedit dictu[m]  
 Inno. quia non licet vti etiam re p[ro]p[ri]a ad iniu-  
 riam vel emulatio[n]em alterius; vt alteri noccat; et  
 sibi non p[ro]fit. Aut hoc non facit ad iniuriam al-  
 terius; sed ad conseruationem vel augmentu[m] p[ro]-  
 trimonijs; vel honoris sui. et tunc putat hoc licere.  
 nec posse per alium prohiberi. etiam si alijs infera-  
 tur timor seu damnum. ad hoc tex. optimus in. l.  
 si in meo. ff. de aqua plu. ar. et in. c. cum ecclesia vul-  
 terana. de elec. et in. c. consuluit. de iudicis. vbi pa-  
 tet q[uod] prohibitus p[ro]struere de nouo non p[ro]hibet  
 reficere antiquu[m] edificiu[m] in p[ro]stina forma. nec  
 hoc casu possit allegari p[re]scriptio etiam si longis-  
 simo tempore non refecerit; vel non inhabitauerit.  
 quia cum ille sit actus mere facultatis et nihil posi-  
 tive actum sit in sui iur[is] p[re]iudicium; non curat p[ro]-  
 scriptio. vt in. c. Jobes. de cler. coniu. vide de hoc  
 s. Consuetudo. in fi.

Enomia. vide s. Absol. secundo.

**E**piscopus. Vt ep[iscop]alis digni-  
 tas liberet a p[ro]d[u]o  
 ne seruli vel ascripticia. R. fm ab vtraq[ue]  
 liberat etiam dignitas sacerdotu[m]. di. liiij.  
 siferu[m]. i[n]ta glo. Multo for[is] a curiali. Veru[m] tamen  
 nec seru[us]. nec ascripticia. nec curialis debet ordina-  
 ri; nisi p[ri]us fuerint a serulicis vel ascripticia; vt curia-  
 li absoluti. et ab alijs irregularitatib[us] sint imunes.

Utrum episcopus possit dispensare in omni cri-  
 mine vbi expresse a iure no[n] p[ro]hibet. Ista q[uod] est q[ue]-  
 tidiana et dubitabilis p[ro]pter varietate[m] doc. S. pa-  
 nor. in. c. at si clerici. de iudi. distinguit. Aut q[ue]ritur  
 nunq[uam] ep[iscop]us possit dispensare p[ro] canone superioris  
 aut p[ro] canonem p[ro]p[ri]um. P[ri]mo casu. aut est ca-  
 non penitentia[n]is; et p[ro]t. q[uod] penitentie hodie sunt  
 arbitrarie. vt in. c. dens qui. de pen. et re. nisi casus  
 appareat reseruat[us]. Si vo est canon penalis et  
 dispositiuus. Si expresse indulget dispensatio[n]e[m]  
 nem inferiori; vel expresse negat casus est planus.



Et dicitur si possit superstiti... Summ' nullo modo apponat... Et h' dicitur scilicet... hostie et vint de f' dicitur...

# Eucharistia. ij. Fo. LXXIX.

sciat forma psecratōnis vini. hic est calix sanguis mei. q' in illis verbis sufficienter exprimit transsubstantiatione vini in sanguine. Alijs autē videt q' cur bec verba sequentia vsq' ibi. in remissione peccatorum inclusiue. nō pstantiant nonam orationē; s' sunt determinatio p'dicantis; q' sunt de essentia forme psecratōnis vini. Que anteq' pcedunt ptinent ad sacramenti vniuersi reuerentiā. Ea etiā q' seculū ad reuerentiā sacramenti ordinata sunt.

**¶** Quid si mutent iste forme. Rñ. non debet mutari. aliter non psecraretur; etiā si eundem sensum habere videant. Similiter non debet aliquid mutari. quia si dicat. Hoc est meus; remanet indeterminatum; quid meum sit. Et si dicat. Hoc est corpus; nō significat. spiritum corpus xp'i.

**¶** Quid si aliquid addat qd significatōez nō mutet; nec errorem inducat. Dicit q' nihilominus sit cōsecratio. vt si dicat. Hoc est corpus meū dilectum vel sanctū; tamē qui hoc faceret; valde increpandus esset.

**¶** Vtrum virtute verborū possit sacerdos quantūcūq' materia psecrare. Rñ. fm Thō. in. iij. di. xj. quantitas magna vel parua nihil ad hoc facit; tamen ipsa forma cum pnomine demonstratio ostendit q' materia psecranda d' esse corā sacerdote. vñ sacerdos existens in domo sua nō posset psecrare panem qui est in altari; aut etiam in foro; nec totū vinum qd est in celario. S'z quantacūq' sit quantitas panis vel vini; que pponitur corā sacerdote; posset ab ipso psecrari. Rñ. autē h'c opi. nec approbat nec reprobat.

**¶** Quid si alique hostie ex obliuione remanent in altari; aut aliqua pars vini. et sacerdos p'ficiat. numquid sunt psecrate. Rñ. fm Thō. in libro de missa; q' non. q' de eis non intendit; q' in hoc sacramentō sine intentione nihil agit; etiam si gutta vini ad beatat pedi calicis.

**Eucharistia. ij.** Quo ad materiam. Que sit materia huius sacramenti. Rñ. fm Thō. in. iij. di. xj. q' materia ppetens est panis triticeus et vinus vitis; q' t'p' de tali pane et vino psecit et p'ficiendū instituit.

**¶** Vtrum possit confici de pane factō de spelta vel farre vel sicali. Quibusdam; vt dicit Rñ. videtur q' possit confici de spelta; quia spelta non differt a tritico nisi in accidentibus. Alijs autem videtur q' non; quia ex tritico nunq' generat spelta nisi q' p' degeneratōnem ppter naturam terre. Sed si spelta esset eiusdem speciei cum tritico; posset ex tritico nasci. Idem dicendum de sicali et farre q' de eis nō possit p'fici; licet ex tritico aliquā nascatur sicalis p' degeneratōez ppter naturam terre. tñ sunt diuersa p' specierum. Et fm Thō. accipitur hic triticum. p' frumento duntaxat.

**¶** Quid si grana alterius generis admixta sint tritico. Dicit fm doct. si tanta est permissio; q' trahat ad aliam speciem vt q' appositum est p' dominas vel etiam ad speciem mediā; vt q' est equalis virtus in vtroq' miscibilium; tñ non pot' p'fici. quia mutata est species panis triticeī. Secus si nō tan-

ta est additio; quin maneat species panis triticeī; q' tñ confici potest.

**¶** Quid si panis fieret d' aqua rosacea et huiusmodi. Rñ. fm Thō. vbi s. q' nō potest p'fici; s' d' p'fici de aqua naturali. Idem Thō. in. iij. Alij autē dicunt q' pot' p'fici; q' aqua in pane non remanet; sicut dicimus de aqua q' apponit vino; que in vinū cōuertitur. Et hanc opi. tenet Alsten. S'z primam opi. dicit Thō. esse p'habiliorem.

**¶** Quid cum hostia cōsecranda tamdiu stetit q' incipit corrumpi. Rñ. fm Thō. q' si sit tanta corruptio. q' species panis non remaneat. tunc non pot' ex ea cōfici. Si autem species manēte sit aliqua dispositio ad corruptiōez; pot' p'fici. q' uis grauer peccet conficiens in tali scilicet. ppter irreuerentiā sacramenti. et q' species remaneat pot' cognosci ex hoc q' contriuitas nō est soluta; nec alia accidentia oīno ablata.

**¶** Vtrum p'fici possit in fermentato. Rñ. q' sic. h' confici non debet nisi in azimo. et qui p'ra faceret grauer peccaret; agens p'ra statutum et consuetudinem ecclesie. Addit autē Thō. in tertia parte. q. lxxij. q' q' uis p'uerudo p'ficiendi in azimo ratiōnabilior; lit. grecus tñ peccaret conficiendo in azimo; quali p'uerens ecclesie sue ritum.

**¶** De quo vino p'fici. Dicendū vt dictū est; tñ de vino vitis. et q' in eo xp'e p'fecit. Et hoc solū p'prie est vinū. et cōius etiā in portum sumit.

**¶** Vtrum p'fici possit de aceto et huiusmodi. Rñ. fm doct. q' si vinum est factum. oīno acetum; non pot' p'fici; q' non est amplius vinum. S'z si vinum esset in via accedendi. Idem est iudicium sicut de pane qui est in via ad corruptiōez. peccat tñ conficiens ppter irreuerentiā sacramenti.

**¶** Vtrum possit p'fici de agresto. Rñ. q' non; q' adhuc nō h'z speciem vini.

**¶** Vtrum possit cōfici de musto. Rñ. fm Thō. q' sic. Nam in eo saluat forma vini. Quia etiā vna sunt eiusdem speciei. s'z variant q'rum ad sublimitatem et grossitiam; albedinem et rubedinem.

**¶** Vtrum aqua debeat apponi vino et in quantā quantitate. Rñ. fm Thō. q' aqua est vino apponenda; nō de necessitate sacri; s' de p'gruitate. tñ peccaret qui sciētē omitteret aq' appositōez; q' ageret p' p'fōnem ecclesie. S'z autē apponi ideo par' vt in vinum totaliter p'uerat. als nō p'ficere; vt infra dicitur. Et nō d'z apponi aq' rosacea; vel alia artificia alis. si tñ apponere; nihilominus p'ficere. naz ipsa in vinū p'uerere; sicut aq' naturalis.

**¶** Quid si apponere aq' q' vinū adhuc ē doliō Rñ. nō sufficeret; q' h' nō significaret aliqd. S'z o'z vt imminente oblatōne apponatur ad factm.

**¶** Vtrum in terr' vbi nō est vinū possit p'fici de aq' rubea; in q' lotus est pann' vino rubeo inunctus. Rñ. nō; q' illud est magis aq' rubea q' vinū. vñ hoc damnatur de p'f. di. ij. cum omne.

**¶** Vtrum in eucharistia possit aliquis liquor permisceri speciebus vini. Rñ. fm Pe. in. iij. dist. xij. Si additur res alterius nature et maioris virtutis; transmutat speciem vini in se. et si equalis virtutis transmutatur vtrūq' in naturam t'p'.

*Marginal notes:*  
 apparitor...  
 mactosa...  
 phibity...  
 790...  
 791...  
 792...  
 793...  
 794...  
 795...  
 796...  
 797...  
 798...  
 799...  
 800...  
 801...  
 802...  
 803...  
 804...  
 805...  
 806...  
 807...  
 808...  
 809...  
 810...  
 811...  
 812...  
 813...  
 814...  
 815...  
 816...  
 817...  
 818...  
 819...  
 820...

*Bottom left notes:*  
 Et nō s' Kirbaz...  
 790...  
 791...  
 792...  
 793...  
 794...  
 795...  
 796...  
 797...  
 798...  
 799...  
 800...  
 801...  
 802...  
 803...  
 804...  
 805...  
 806...  
 807...  
 808...  
 809...  
 810...  
 811...  
 812...  
 813...  
 814...  
 815...  
 816...  
 817...  
 818...  
 819...  
 820...

*Bottom right notes:*  
 Vno s' mixtura...  
 790...  
 791...  
 792...  
 793...  
 794...  
 795...  
 796...  
 797...  
 798...  
 799...  
 800...  
 801...  
 802...  
 803...  
 804...  
 805...  
 806...  
 807...  
 808...  
 809...  
 810...  
 811...  
 812...  
 813...  
 814...  
 815...  
 816...  
 817...  
 818...  
 819...  
 820...

Leziodend dicit a ministro idem...  
ut si rāu cadit p'ca. t' aliq' alio rāu...  
rogat de iussu p'bz p' d'p'ca...  
nullo mō p' admittat talē sacra...  
Et ita l' mōtat. rōstituto d'...

### Eucharistia. iij.
